

fol. Cxvº Quæ sela Corpº de Thº de Salamº y de su libreria

DIRECTORIUM INQVISITORVM F. NICOLAI EYMERICI ORDINIS PRAED.

CVM COMMENTARIIS FRANCISCI PEGNÉ
Sacra Theologia ac Juris utriusque Doctoris.

IN HAC POSTREMA EDITIONE ITERVM EMENDATVM
& auctum, & multis litteris Apostolicis locupletatum.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. PONT. MAX.

ACCESSIT HAERESVM, RERVM ET VERBORVM
Multiplex, & copiosissimus Index.

CVM PRIVILEGIO, ET SUPERIORVM APPROBATIONE.

11 B. 10



ROMAE. IN AEDIBVS POPVLI ROMANI
Apud Georgium Ferrarium MDLXXXVII.

COLL. SOC. IESV SALM: EX DONO RICARDI

*Liber ab origine
et post Salam*

Dipicere

Num. 50. cap. 3.

Num... 2. 4.



B E A T I S S I M O P A T R I
E T D . D . G R E G O R I O X I I I .
P O N T I F I C I M A X I M O

F R A N C I S C V S P E G N A .



V M Reipub. Christianæ pij principes terra mariq; præpotentes multo militū fusō sanguine catholicę religionis hostes aperto marte fortiter debellare contēdunt, vt Ecclesiæ vnitatem, Sedis Apostolicę auctoritatem, tuamq; Beatissime Pater potestatē ab eorū audacibus, impijsq; conatibus tucātur, nō desunt qui in otio & pace, intra priuatos partes eorundē sacrę religionis violatorū nefarias, & verę pictati aduersas opiniones scribēdo refellant, iura legesq; vel ad conuertendos, vel ad coercendos eos arment, edoceant, aut interpretentur: vt cum se tam eminus quam cominus virgeri reprimique viderint, postquam virtutis amore in officio non continētur, saltem pœnarum acerbitate, & magnitudine supplicij maleficio submoucātur. Inter hos postremos, & si infimū locum & ingenij acumen, & eruditio splendore obtineam, omnia tamen conor libentissime, quæ ad reprimendam impiam hæreticorum audaciam, coercendamque immane prauitatem commodissima aptissimaque esse vidētur: quod testabuntur fideli ter, vt spero, aliquando nonnulla mea, quæ de pœnis hæreticorum ab exordio nascentis Ecclesiæ usq; ad hæc tempora assiduc meditor: testaturque nunc ex parte ille qualisunque labor, quem superioribus annis libens suscepi, dum omne meum studium industriamque conuersti ad illustrādum Nicolai Eymetrici Directorium Inquisitorum: pœclarum sanc & vetustate venerandū opus, in quo summa religionis capita continentur, & quæ ad hæreticā iniqitatem coercendam & extirpandam conducunt, pie, & crudite p̄scribuntur, & quidquid ad sacrum Inquisitionis officium secure exercendum exigitur, artificiose ac methodo dice demonstratur: quod cum omnibus numeris absolutum Romæ esset excusum, id co potissimum nomine Beatitudini vestræ dicare placuit, vt is auctor, qui religionem Christianam tuetur, & hæreticos fortiter debellare atque coercere demonstrat, a Sanctitate vestra, qui in republica Christiana diuinitus es caput constitutus, benigne receptus, a tot inimicorum castigatis defendatur, vt catholicę fidei negotijs non leuem afferat vilitatem: quod certissime futurum spero, cum nemo ignoret Beatissime Pater te, et si mole multorum & magnorum totius reipublicæ Christianę negotiorum districatum, illud tamen singulari prouidentia quod ad fidem attinet, vigilantissime curate, eo que precipue curam & sollicitudinem omnem referre, vt causæ religionis integræ, absque nouarum opinionum procellis conseruantur, incorruptaque & inviolata fides ubique foueatur ac propagetur. quod vt fiat amplius, Deum Optimum Max, cuius negotia in Ecclesia sua prudentissime & ardentissime tractas, precor, vt beatitudinem vestram diu conseruet in columem.

t 2 GREGO-



EPISTOLA IN LIBRVM VOCATVM DIRECTORIVM IN QVISITORVM

COMPILEATVM PER FRATREM NICOLAVM

Eymericu, ordinis Fratrum Prædicatorum Sacrae

Theologia Magistrum Capellanus

domini nostri Papæ,

*Ac in terris Domini Regis Aragonia Inquisitorem
heretica prauitatis.*



RATER Nicolai Eymerici Ordinis Fratrum Prædicatorum
sacrae Theologie Magister, indignus sanctissimi domini nostri
Papæ Capellanus, ac Inquisitor hereticæ prauitatis in omnibus
regnis & terris Serenissimi Principis domini Regis Aragonum
ditioni subiectis, à Sancta sede Apostolica specialiter delegatus,
Venerabilibus patribus, fratribus eiusdem ordinis in Cottii
visceribus predilectis vniuersis & singulis Commissariis, Vica-
riisque nostris in terris & regnis prefatis ad peragenda sancta
fidei negotia delinacis,

Salutem, & prauitatis heretica labem seruenti spiritu extirpare.

NE pia sancta inquisitionis negotia cretui fideliū quā plurimum necessa-
ria ad damnatam extirpandam detestabilem hereticam prauitatem, atque
ad approbatam complantandam irrefragabilem catholicam veritatem per
nos Inquisitorem vestris paternitatibus venerandis commissa, auctoritate
Apostolica prefata exequenda, propter summorum Pontificum caronum, catholicico-
rum Imperatorum legum, utrorumque extraugantium, constitutionum istorum &
illorum, apparatum, & glossarum, Apostolicarum litterarum, ceterorum domino-
rum tam spiritualium, quam temporalium priuilegiorum & indulcorum, ac sedis A-
postolicae legatorum, ipsiusque Ecclesie prelatorum prouincialium ad Inquisidores
labis eiusdem consiliorum, ceterorumque omnium librorum aliorum necessitorum,
hinc inde disperorum pro exequendo prefato fidei negotio, penuriam & defecum,
contingat aliquatenus impediri, seu potius retardari: aut (quod absit) vestras pater-
nitates in inquisitionibus faciendis, processibus conficiendis, penitentiis imponen-
dis, sententijs proferendis, ceterisque dependentibus, contingentibus, emergentibus
ex eisdem, in prosecutione tanti & tam memorati ardui fidei negotij oberrare. Et
ne vberem florentemque Ecclesiam, vineam inquam Domini sabaoth, quam summi
patris dextera complatauit, quam eiusdem patris filius proprij ac viuifici vnda crux
vberius irrigauit; quā ipse almus spiritus paracitus mitis in effabilibusq. donis intimius

A fecundauit

Institutum
anqoris in
hoc opere ef-
ficiendo.

LITTERAE
APOSTOLICAE
DIVERSORVM
ROMANORVM
PONTIFICVM

Pro officio sanctissimæ Inquisitionis ab Innocen.
III. Pont. Max. usque ad hæc tempora

M D L X X X V I I .

CVM INDICE LOCVPLE TISSIMO.



Cum Priuilegio, & Superiorum approbatione.

R O M A E.

In Aedibus Populi Romani, Apud Georgium
Ferrarium. M D L X X X V I I .

ILLVSTRISSIMIS AC REVERENDISSIMIS

D. D. Iacobo Episcopo Portuensi Sabello, Joan. Francisco Episcopo Prenestin. de Gambara, Ludouico tt. S. Anastasi Madrutio, Julio Antonio Sanctorio tt. sancti Bartolomei in Insula S. Seuerine, Petrott. S. Hieronymi Floricorum Dezanuncupatis, Joan. Antonio tt. SS. Quatuor Coronatorum, Joan. Baptiste tt. sancti Marcelli, & P. Constantiott. S. Petri in Monte Auro, presbyteris miseratione diuina S.R.E.
Cardinalibus in uniuersa Republica Christiana aduersus hereticā prauitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis,

FRANCISCVS PEGNA.

POST accuratam Directorij Nicolai Eymerici emendationem & editionem, sapientissime putastis Amplissimi Patres, nihil magis utile, aut gratum Inquisitoribus hereticae prauitatis fore, quam si in unū colligeretur littera plurima Apostolica, officio sanctissima inquisitionis congruentes, varijs temporibus à discursis Romanis Pontificibus edita, quas vel Eymericus omisit, vel non vidit, vel post eius tempora cōdita sunt, qua Directorium ipsum veluti comitarentur. In his enim litteris (ut plenissime nostis) plenissime cōtinetur quicquid ad res fidei tractandas, & ad dubios articulos diluendos, et ad amplissimā Inquisitorum iurisdictionē attinet. Nec enim post decreta illa iuris Canonici in titulis de hereticis cōprehensa quicquam est cognitu magis utile, aut causis fidei magis necessariū, quam uberrimos hos Extrauagantiū fontes, à quibus exiguī illi riuiū deducti sunt, consulere, ac perfectly cognoscere. Quamobrē ne quid deesse huic negotio videretur, IVSSV VESTRO rem ita commodissime disponendā & ordinandam putauimus: Ex uniuerso Extrauagantiū huiusmodi numero, quas uel ex archiuo sacrosacta & generalis Inquisitionis Romana, uel ex archiuo Inquisitionis Bononiensis, uel ex his, quas ex archiuo cōuentus sancti Frācisci de Assisio, & Venetijs Illustrissimus et Reuerendissimus dominus D.F. Felix Perettus Cardinalis de Mōtealto afferri iussert, uel aliunde habuimus, vetustiores praeulimus: inde ad recentiores ventum est; exorsū enim sumus ab Innocentio iii. Pontifice Maximō, quo tempore beatus Dominicus viuebat, erantque iam nonnulla delegata inquisitionis in partibus Narbonēsibus et Tolosanis initia et fundamenta constituta: inde seruata saculorum & annorū serie perue-

^{† Qui ad summī A- postolatus apicē Diui- na clemen- tia affum- ptus, S i x- t v s V. ap- pellatur.}

LITTERAE APOSTOLICAE DIVERSORVM SVMMORVM PONTIFICVM

Pro Officio Sanctissime Inquisitionis.

INNOCENTIVS TERTIVS

B

Auxitan. Archiepiscopo.

Hoc statutum Episcoporum, ut studeant diligenter hereticos & uniuscoss de suis Provinciis excludere. itemque sine appellationis remedio per distinctionem ecclesiasticam coerceant eos, qui cum hereticis habent commercium, aut familiaritatem.



C NTER cetera, quae nauticulam Petri fluctuantem in Mari conuenientia diversarum tuebuc procellarum, illud animum grauius nostrum affigit, quod licentius, & perniciiosus solito contra orthodoxe fidei disciplinae ministri diabolice praevaricationis insultant, iuxta quod beatissimus Apostolus Paulus Doctor gentium exprimit in eulogio epistolae sua: simplicium animas miserabiliter illaqueant, & post le trahunt in damnationis interitum, ac superstitionis, & fictitijs adiunctionibus sacratum scripturarum intelligentiam peruerentes, Ecclesiaz Catholicaz virtutem rescindere moliantur. Quoniam autem pestis huiusmodi erat, (sicus ex tua, & plurimi assertione cognovimus) in partibus Vasconie, ac circumpositis terris fortius invalescit, per tuam ac aliorum coepiscoporum & tuorum industriarum huic morbo tanto efficacius volumis obuiari, quanto magis est timendum, quod pars sincera trahatur; & ex tali contagione, quae paulatim, velut cancer, irrepit, mentes fidelium inquinentur corruptelaz virtutis generalis. Idemque fraternitati tute presenti pagina indulgemus, per Apostolica scripta firmiter insungentes, quatenus ad extirpandas haereses universas, & eos qui sunt huc facie polluti, de Provincia tua finibus excludendos, modis quibus poteris, operam tribuas efficaciam in ipsos, & omnes illos, qui cum eis aliquod commercium, aut manifeste superstitionis familiaritatem contraxerint, sine appellationis obstatculo ecclesiasticę distinctionis exercendo rigorem, & etiam (si necesse fuerit) per principes, & populum eoldem facias virtute materialis gladij coerceri. Dat. Lateran. Kalen. Aprilis.

D

IDE M INNOCENTIVS III.

N. Archidiacono Mediolanensi.

Martini ad nullas dignitates, & consilia admittantur, nec habeant actionem eligendi alios: magistratus vero seculares ad id fernandum iuratoria cautione compellantur (si opus fuerit) per sententias excommunicationis, & interdicti.



E IS, quae ad ampliandam fidem catholicam, & reprimendam peccatatem hereticam fluctuantur, auctoritatem nostram libenter impendimus, & favorem. Sane, sicut accepimus, dilectus filius noster G. Sancte Marie in Portu Diaconus Cardinalis dum legationis fungensur officio in partibus Lombardie, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum Mediolan. Archiepiscopi, & Episcoporum, qui ad eum Veronae convenerant, & quorundam etiam sapientum instituit, ut de cetero heretici ad consilia & dignitates Lombardie nullatenus admittantur, nec eligendi alios eis arbitrium conferatur, nec in eligendis personis ad eas vocem debeant aliquam obtinere. Ad id autem seruandum in posterum potellates, coulules, consilia Lombardie adstringenda constituit iuratoria cautione, & te ad recipienda iuramenta eorum in quibusdam ciuitatibus deputauit, inindea rido libera facultate cōcūmantes excommunicationis, & terras eorum interdicti sententijs feriēti. Nos igitur quod ab eodem Cardinali protusa deliberatione statutum est, ratum habentes, & iuxta mandatum eius a ciuitatibus illis super hoc exigas, & recipias iuramenta, ad quas te ipse duxerat delinandum, iniungimus, auctoritate tibi praeuentum indulgentes, ut contradictores excommunicationis sententia ferias; & terras eorum subijcas interdicto. Nulli ergo, &c. Datum Romae, apud sanctum Petrum xvij. Calen. Iulij.

A IDEM

Circa annos
Domini 1200.

¶ In hoc
episcopatu
re imperio
sol. 13. & fol.
139. & seq.

¶ Hoc tempo
re mox erat
Inquisitores
delegati con
sumi.

Ex Regulo s.
Iudei Domini
in Lanca. iiij.

¶ Concil. cap.
Excommunicatio
miser. q. cre
dentes de ha
re. Eyn. 3. par.
q. 123.

INDEX LITTERAS APOSTOLICAS.

REGESTVM

Dicitorium Commentarius. t. i. ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz

Litterarum Apostolicarum. • A B C D E F G H I K.

Oppos Quatuoriones. Yy Zz sunt Quinterniones. est Ductio.



ROMAE

In Aedibus Populi Romani. M. D. LXXXVII.